



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Cardinales, & Sancti, Ordinis Militum S. Mariæ de Mercede, & Redemptione captiuorum. cap. LXXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

fectionis eorum, ab illis mihi relicta quæ dubitationem omnem ante conceptam de S. Augustini institutò, procul a me remouit. Hanc igitur sic accipe:

Ego Frater N. Miles, Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede, facio professionem, & promitto, obedientiam, paupertatem, castitatem obseruare Deo, viuere, & comedere secundum Regulam B. Benedicti, & in Saracenorum potestate, si necesse fuerit, ad redemptionem Christi fidelium, detentus manebo.

Eorum item opinioni fauere videtur ea, quæ habet Hieronymus Pauli in Prouinciali omnium Ecclesiarum, vbi hi Ordines sic distinguuntur, vt vnus, noster videlicet, vocetur Ordo B. Mariæ de Mercede, & redemptione captiuorum: alius verò, Ordo B. Mariæ de Mercede captiuorum simpliciter.

Cardinales, & Sancti, Ordinis Militum S. Mariæ de Mercede, & redemptione captiuorum.

Cap. LXXXVII.



RATER Sanctus Raymundus Nonat, Hispanus, Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede, & redempt. miles, à Gregorio Papa IX. in tertia Cardinalium creatione, anno Domini 1234. Pontificatus sui octauo, mense Decembri, Romæ facta, S.R.E. Diaconus Cardinalis, Tituli S. Eustachij renunciatus; ita uixit, ut post mortem Sanctorum Catalogo adscribi dignus fuerit. Quo tamen anno, & die obierit incertum.

ANNOTATIO.

Raymundi sanctitatem, simul & dignitatem Cardinaliam produunt Vo laterranus Antrop. li. 21. in Tract. Ord. Milit. & Petrus Bugu. nus diario. 1. Hist. Mon. Hi quamuis à quo Cardinalis creatus fuerit non dicant, arbitror tamen ex uerisimili coniectura eum esse, qui à Pauuino in epitome in 4. in tertia Gregorij IX. creatione notatur sub littera R. uocaturque Cardinalis TT. S. Eustachij; eo enim tempore uixit hic Raymundus, qui probationem sui Ordinis impetrauit à prefato Pontifice anno 1230.

Sanctus Petrus Armengol, Hispanus.

Sanctus Alphonsus, Hispalensis.